

1272, octubre, 25

Jaume Bofill i la seva esposa Beatriu, de la Pera, venen a Guillem Duran i Guillema, esposos, del mateix lloc, el camp de Cruquelles, de la Pera, que es té per Sant Daniel, pel preu de 200 sous barcelonesos.

ASD núm. 218, perg. orig., 140 x 225 mm. Regest: Llibre 21, núm. 79, p. 85.

Sit notum cunctis quod ego Iacobus Bonifilii, de parrochia de Piru et uxor mea Beatrix, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros, non ui compulsi nec fraude aliqua inducti, sed bono animo et spontanea uoluntate uendimus tibi Guilielmo Durandi eiusdem loci uxori que tue Guilielme et uestris et quibus dare, uendere, dimittere uel alio modo alienare uolueritis in perpetuum, totum illum campum uocatum de Cruchellis, cum omnibus arboribus diuersorum generum qui ibi sunt, quem emimus a Petro Pellipario de Pubul et ab uxore ipsius Maria et a filio eorum Petro, quem nos tenemus et habemus in parrochia Sancti Isidori de Piru, sicut affrontat ab oriente in condamina castri de Pubul et in feixa Raimundí Saye, a meridie in torrente, et ab occidente in honore Raimundí Ferrarii de Piru et Raimundí Bonifilii de Pubul, et a circio in honore Raimundí Textoris, ut teneatis predictum campum cum predictis arboribus et habeatis et possideatis uos et quicumque uolueritis cum exitibus et ingressibus et cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus et cum omnibus aliis in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus, prout melius ac lacius <lici uel intelligi potest ad uestrum uestrorumque comodum et saluamentum et ad omnem uestram uestrorumque uoluntatem omni tempore faciendam, saluo iure domine abbatisse Sancti Danielis in omnibus, cui dabitur fideliter de expletis tascham et braciaticum. Item quod dabitur iamdicto Petro Pellipario annuatim pro turnis ad censum quod ipse facit predictae abbatisse unum par gallinarum in festo Natalis Domini, sine alio censu quod inde non faciatis. Pro qua uendicione confitemur a uobis recepisse ducentos solidos barchinonenses de terno, excepcioni pecunie non recepte renunciando, et promittimus uobis quod faciemus cum nostris missionibus firmare hanc cartam predictae domine abbatisse sine aliqua uestra missione. Et si predicta uendicio plus ualeat eo precio, totum illud plus uobis damus et remitimus, renunciando beneficio illius legis qua deceptis ultra dimidiam iusti precii succurritur. Et cum hoc publico instrumento uobis et uestris omni tempore ualituro in corporalem et uacuum iuris et facti huius rei possessionem uos inducimus ad habendum, tenendum et omni tempore possidendum cum omnibus nostris locis, uocibus, racionibus et accionibus realibus et personalibus, utilibus et directis atque etiam mixtis sine omni retentu quem ibi uel inde non facimus in aliquo neque faciemus. Et promittimus uobis in nostra bona fide quod totum predictum campum cum omnibus supradictis fatiamus uobis et uestris tenere et habere et possidere semper in pace et esse guarentes ac deffensores contra cunctas personas, et quod teneamur uobis et uestris legaliter de euictione et interesse et de hoc tenemur uobis quisque nostrum in solidum, renunciando beneficio diuidende accionis, obligando ad hec omnia supradicta et singula uobis et uestris nos nostrosque heredes et successores et omnia bona nostra habita et habenda, ubique et semper. Et ego dicta Beatrix, gratis renuncio senato consulto Uelleyano et iuri ypotheche quod habeo in bonis dicti uiri mei

ratione dotis et sponsalicii mei, et iuro per Deum et super sancta .un.or eius Euangelia
hec omnia supradicta uobis et uestris àtendere et obseruare et non contraire.

Actum est hac .vm. kalendas nouembris anno Domini .MCCLXX. secundo.

Sig+num Iacobi Bonifilii, sig+num Beatricis uxoris eius, qui hac firmamus firmarique
rogamus. Testes huius rei sunt Berengarius, clericus de Rupiano, Berengarius Arnalli,
Guilielmus de Hospitali de Palarauano. Sig+num Benuenguti Sancti Danielis, in cuius
manu Bernardus de Tosquers baiuli(sic) hac firmat. +Berengaria, Dei gratia Sancti
Danielis abbatissa*.

Guilielmus Bernardi de Palacioraphano, subdiachonus et publicus notarius de Rupiano,
qui hac scripsi cum litteris in raso positis in .un. linea, ubi dicitur "Na talis Domini".

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-
1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 455-457